



Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Secunda Conclusio. Si reus torqueatur sine legitimis inditijs
præcedentibus, & crimen confiteatur, confeßio talis non est efficax ad
condemnationem, nec confitenti præiudicat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

684 COMMENT. IN TIT. C.
est: partim in L. fin. latius explicabitur.

Secunda Conclusio. Si reus torquetur sine legitimis inditijs precedentibus, & crimen confiteatur, confessio talis non est efficax ad condemnationem, nec confitenti praeiudicat.

BARTOL. in L. penult. ff. de quaest. DD. in addit. ibid. Angel. & Paulus Castren. in L. Qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquirend. hæred. Ludouic. Bologn. post alios plures in addit. ad Guidon. de Suzar. de inditijs & tortu. num. 29. Roland. à Valle consil. 31. Mascard. loco cit. num. 5. Emanuel Soarez in thesauro recept. sent. verb. Confessio. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 55. & alij alibi. Quam sententiam etiam amplectitur Constitutio Criminalis Carolina in cap. 20. Dicitur in conclusione (sine legitimis inditijs præcedentibus.) Quia etiam si postea legitima indicia superuenirent, non tamen confessio ea tortura antecedenti indicia indebitè extorta, valida redderetur, & legitimaretur. Gloss. & Bartol. in L. Maritus. ff. de quaest. Alberic. ibid. qui dicit, quod ita tenent communiter DD. & aduocati. Ludouic. Roman. in consil. 167. incip. Antonius accusatus. Bald. in L. fin. C. de accusat. Decius in cap. At si clerici. col. 3. de iudic. Iul. Clar. lib. 5. q. 64. nu. 9. & alij passim alibi. Ratio, quia quod ab initio

1108

non valuit, ex post facto conualescere non potest. L. Quod ab initio. ff. de reg. iuris.

Tertia Conclusio. Regulariter, quando per testes, aut confessionem, aut alias de delicto constat, non est deueniendum ad torturam.

ANGEL. in L. fin. C. de quæst. Alberic. in Rubric. ibid. Marsil. in L. 1. in princip. ff. eod. & in pract. Crimin. §. Nunc videndum. à num. 25. & attestatur communem esse opinionem. Angel. Aretin. in tract. maleficiorum, in verb. Fama publica. Boërius in decis. 163. num. 1. & alij ab eo allegati. Iulius Clar. lib. 5. §. fin. pract. Crim. q. 64. num. 5. Damhauder. in pract. rerum criminal. cap. 35. & hæc opinio communis est, vt post Marsil. & alios Didac. Co-uarr. pract. quæst. cap. 23. num. 5. & Antonius Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 13. num. 20. docent. Atq; hæc sententia probatur per text. in L. Diuus Pius. & L. Edictum. ff. de quæst. in hac L. Edictum. sic tex. habet: Quæstiones nec semper in omni causa, & persona desiderari debere arbitror, sed cum capitalia & atrociora maleficia non aliter explorari, & inuestigari possunt, quam per seruorum quæstiones. Ratio etiam pro Conclusionem à DD. assignatur. Tortura est remedium quoddam subsidium eruendæ veritatis. Ergo non est deuenien-

nien-